Rynskich Coniugum. Plenipotens

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Generosi Stanislaus Rynski et Eva Semplowska Vita prima ... Generosi Pauli Ostrowski ad praesens secundi Matrimonii eiusdem Stanislai Rynski consors legitima cum eiusdem Mariti assistentia et consensu praesentanes sa-ne mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum pro suo interesse recognovit. Quia Generosos Andream Mnisek Andream Smoleński Valentinum Kuczynski Valentinum Szymkowski Anselmum Szablowski Michaelem Chrzanowski Ad Omnes Causas et Actiones suas iudiciarias Coram quibusvis Iudiciis et Officiis Regni Castrensibus Palatinatus Terrestribus et Districtus ac Tribunalis Regni Lublinensi cum quibusvis personis Ratione quarumcunque differentiarum agitatas et agitandas in suos veros et legitimos Plenipotentes elegerunt in-stituerunt et ordinaverunt. Dantes et concedentes eisdem Plenipo-tentibus suis sive alterutri eorum Omnimodam plenariam et absolutam facultatem Causas suas Omnes promovendi instituendi proponendi tu-endi defendendi controvertendi Decreta suscipiendi a Contrariis ap-pellandi iuramenta deferendi attentandi Summas sibi adiudicatas Levandi levatas quietandi Inscriptiones ... suos in Omnibus ... offerendi Processus continuandi et ad debitam Executionem deducen-di aliaque quaevis Omnia Munia ac actus Plenipotentis de iure spectantia exercendi Promittentes se ratum gratum quicquid per eosdem Plenipotentes suos sive alterutrum eorum in Causis suis actum factum et con-stitutum fuerit pro rato et grato suscepturos non secus ac si ipsi-met ea Omnia sua in persona constituissent.

Loc Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Adami Olszewski de Niemyrze Szybly his Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Joan-nes olim Christophori Loc Quinquaginta florenorum Polon. debiti Co-ram Actis praesentibus inscripti exponentes persolvit idcirco ipsum quietat et in-scriptionem cassat perpetuis temporibus.

Wnorowski Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Andreas Anselmus Szablowski in Szably et Koplany ... Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere ... per ex-presse recognovit. Quia Nobili Hilario Wnorowski filio Nobilis Ma-thiae et suis legitimis successoribus de Omni et integro iure suo seu inscriptione

certa